Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35415
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

impetrasti pro quibus oras salui
erunt. Unde quintus honor fuit iste
quod ipse creator sive creatura sua
grauiam revelans quam abscondit
a sapientibus et prudentibus et re-
velavit eam paruulis. Sexto exalta-
uit eam in morte in miraculis
cum decollata esset quod lac fluxit
pro sanguine. Et exaltauit eam quod ab
angelis sepulta est in monte Sy-
nay qui mons non consumabitur pro-
igne in die iudicii quia dominus locutus
est moysi in eo et dedit sibi x
precepta. Fuit enim digne pange-
los sepulta in monte Synai quia
pro castitate fuit soror angelorum.
Tercio exaltauit siue honorauit
eam post mortem et hoc in tribus. Primo
in hoc quod ipse dominus cum magna
solempnitate angelorum ipsam in
celum deportauit. Unde potuit dicere
cum Dauid tenuisti manum dex-
teram meam et cum gloria suscepisti
me. Secundo exaltauit eam quod animam
eius in celum collocauit. Tercio quia eam
multiplici premiauit quia martir
predicatrix et virgo. Et quod inuenio sunt
triumphales corone quibus premiata
est beata Katherina. Prima est omnium
iustorum, secunda est omnium virginum
tercia est doctorum, quarta est martirum. Una
est aurea et habet inuenio nisi tres au-
reolas et est lata et magna. Et
hec datur omnibus generaliter prementibus
ad regnum celorum. Nullus enim intrat
regnum celorum nisi prius coronetur
ad portas paradisi a summo impera-
tore Ihesu Christo. Super hanc magnam
et latam coronam que datur omnibus generaliter
possunt b'dns alias tres coro-
nas et quelibet illarum dicitur aureola

et est maior premium sicut inuenio quod
datur in celo. Prima prestat bone virginibus
quia preservant usque ad finem vite sue
et non in aliqua libidine nec mentis
nec corporis excesserunt. Super hoc dicit
ysidorus libido in penas castitatis
hominem pertrahit. Secunda prestat bone
predicatoribus quia multos convertunt ad fidem
promittentes eis regnum celorum ut patet
in regina et porphirio et rethoribus.
Tercia prestat bone martiribus quia multa tor-
menta sustinuerunt pro Christo ut legitur
de ea quod imperatori minanti ait quecumque
tormenta excogitare potes ne
differas quia parata sum carnem meam
et sanguinem meum fundere pro Christo qui
semetipsum pro me obtulit. Dic quod
misit eam vnguibus feris rodi.
Unde Christus potest dicere illud Cantica. Cum
assimilabo te, o pulcherrima. Unde [illegible] de te
omnibus sanctis qui sunt in celo. Primo
Iohanni quia in arguicione peccatorum
sicut enim Iohannes arguit Herodem
sic Katherina maxencium. Secundo Iohanni
ewangeliste in vocacione quia sicut Christus
invitavit Iohannem in celum, sic
Katherinam. Unde veni dilecta mea
veni [illegible]. Tercio Paulo in lactis ma-
nacione quia sicut de sancti Pauli corpore
fluxit lac pro sanguine sic de corpore
sancte Katherine. Quarto beato Nicolao
quia sicut manat oleum de sepulcro
sancti Nicolai sic de tumba sancte Katherine.
Quinto beato Clementi in sepultura
sicut enim angeli beatum Clementem
in mari sepelierunt sic et beatam
Katherinam in monte Synai. Sexto
in sua exaudicione beate Margarete
quia sicut illa in morte pro omnibus
orauit sic et beata Katherina.
Unde pro quibus oras salui erunt. Ideo
omnis mundus eam honorare debet